

D_e 752



*Stgut - 10777
44*

9674

967

DE NUNNATIONE ARABICA.

DISPUTATIO ACADEMICA,

QUAM

VENIA AMPL. PHIL. ORD. LUND.

PRO GRADU PHIL.

P. P.

ESAIAS TEGNÉR,
PHIL. CAND., SCAN.



DIE MAJ. XXX. MDCCCLXV.

H. P. M. IV. IN AUDITORIO I.

HEINRICH THORBECKE



LUNDÆ,
TYPIS BERLINGIANIS,
MDCCCLXV.



DE LINNATIÆ LIBRÆ

DISPUTATIO AVARICIAE

OPERA

AENEA AMPLE FEST. OR. LOND.



GRIECHISCHE

1777
1777
1777

*I*n hoc etiam quoniam nobis ad explicandum propositum, non
ita versari in animo est, ut aut novas quasdam leges,
quibus usus manuatis circumscriptus sit, erucere aut
admodum difficulte.

CHRISTOPHORO TEGNÉR

PHIL. DOCT., PAST. ET PRÆP., REG. ORD. DE ST. POL. MEMBR.

PATRI OPTIMO

Sed quoniam in omni disputatione, qua quidem via
et ratione procedet, in PIETAS FILII.

Si igitur que iam sententia de iniunctio proficit
et iustitia regit, nonne et sibi magna subi-
statio et magnitudo vero, ac ipsi diuinis, quae dispu-
tatione sunt, agerentur? Fortius ergo facilius obstat
difficultas.

Si igitur que iam sententia de iniunctio proficit
et iustitia regit, nonne et sibi magna subi-
statio et magnitudo vero, ac ipsi diuinis, quae dispu-
tatione sunt, agerentur? Fortius ergo facilius obstat
difficultas. Iustitia regit, nonne et sibi magna subi-
statio et magnitudo vero, ac ipsi diuinis, quae dispu-

ta sunt, agerentur? Fortius ergo facilius obstat
difficultas.



CHRISTOPHORO TEGENFR
ETIUS DOCT. PAT. ET PRAES. MAG. QD. DISST. TOL. NUNVER.

PATRI OPTIMO

PATRI OPTIMO



In ea re, quam nobis ad explicandum proposuimus, non ita versari in animo est, ut aut novas quasdam leges, quibus usus nunnationis circumscriptus sit, eruere, aut veteres emendare conemur, sed eo disputationem nostram conferemus, ut ab usu nunnationis proficiscentes, quæ sit ejus vis, quæ origo, investigare studeamus. Atque ut nobis hoc spectantibus alias dialectos, Arabicæ cognatione junctas, adire necesse erit, ita ne illud quidem recusemus, quin de universa Semitarum declinandi ratione nonnulla disseramus.

Sed quod in omni disputatione, quæ quidem via et ratione procedet, fieri debet, ut primum quid alii senserint atque judicaverint circumspicias, tum, si, cur ea tibi non probentur, demonstrare possis, tua et nova afferre audeas, idem nobis hanc tam difficultem tamque obscuram rem aggredientibus faciendum videtur.

Si igitur quæ jam sententiæ de nunnatione prolatæ sint lustramus, primo occurruunt ipsorum Arabum grammatici, qui multa et varia, neque ea sine magna subtilitate, de nunnatione, sive, ut ipsi dicunt, التنوين disputationerunt. Ea vero quum tantum absit ut difficultates enodarint, ut implicata etiam magis implicasse videantur, fusius exponere operæ pretium non est.

Commentator libri Zamakshariani, qui الاندونج
فی النحو inscribitur, hæc quinque nunnationis genera

commemorat¹⁾: تنوين التنمـس declinationem triptoticam indicans; ex quo genere sunt تـنـوـيـن similique; صـهـ نـونـيـن vocem definitam ab indefinita distinguens; ita صـهـ نـونـاـتـionـe nunnatione destitutum denotat: *tace!* ab hac locutione præsentि, sed صـهـ *tace!* a quacunque locutione indifferenter²⁾; تـنـوـيـن id nunnationis genus, quod in forma pluralis feminini adhibitum terminationi pluralis masculini, quem vocant, sani نـونـاـتـionـe respondet: تـنـوـيـن مـسـلـمـاتـ العـوـضـ ubi nunnatio ellipsim quandam significat; ita quum dieitur يـوـمـاـتـ، hæc vox idem valet, quod إذا كان كذلك denique تـنـوـيـن التـنـمـمـ، qui licentia quadam poetica non-numquam additur, ubi versus numerusque postulat. — Magis recondita et obscura promere videtur Motarrezi, qui quidem in libro illo grammatico, quem المـصـبـاحـ inscripsit, causas nunnationis abjiciendæ tradere vult³⁾. Indeclinabilitatem — ita enim Arabes hanc nunnationis jacturam nuncupant — novem efficiunt causæ: وـزـنـ الـفـعـلـ زـنـ النـذـيـثـ genus femininum, formæ verbalis videtur, الـوـصـفـ الـجـمـعـ notio adjectiva, الـعـدـلـ formæ 'quæ a primitiva paullulum deflexa est', الـعـجـمـةـ origo barbara, التـركـيـبـ compositio, formæ ultimum locum in numero pluralium fractorum tenet, الـأـلـفـ وـالـنـونـ terminatio لـ. Nec tamen singulæ hæc causæ sufficiunt, sed ubicunque binæ aut singulæ bis in singulas voces cadunt, indeclinabilitas effici solet. Itaque — hæc ex commentario, cui nomen الـصـوـءـ

¹⁾ Silv. de Sacy, Anthologie Grammaticale Arabe. Parisiis 1829 p. 117.

²⁾ Rosenmüller, Institutiones ad fundam. lingue Arab. Lipsiae 1818 p. 218.

³⁾ De Sacy l. c. p. 96.

impositum est, exempli gratia commemorare libet⁴⁾ — itaque vox حَبْلٍ declinari nequit, quia terminatio ى duobus quasi muneribus fungitur: nam et ad 'primitivam vocis formam' (thema) pertinens, (nullum enim exstat vocabulum حَبْلٍ, ex quo addita litera ى fictum sit حَبْلِي) seminoram eam reddit, et ipsa terminatio generis feminini est. Vox حَبْلٍ igitur indeclinabilis fit, quia eadam indeclinabilitatis causa (النافيّة) bis reperitur. Simili ratione grammatici Arabici in forma quae est فَعَلْ duplcem, ut dicunt, pluralem formam invenire sibi videntur. Hæc, multo argutius quam verius disputata, quis est quin videat, quam vehementer scholasticam illam eorum sapientiam redoleant? Atque hic, si umquam, illud valet, quod Ewaldus de doctrina horum virorum dicit. 'Dum causas, inquit⁵⁾), seu systema quoddam querunt et haud raro inumeras ejusdem rei diversas colligunt, dum quae observarunt linguæ peculiaria nominibus sedulo insigniunt distinctis, a veris causis, id vero est a simplici et congrua explicatione, procul absunt'. Quamvis diligenter doceant isti grammatici, quando nunnatio abjiciatur legesque de ejus usu statuere conentur, nunquam ne unam quidem rationem probabilem afferunt, cur ita quoque tempore fiat. Quid nunnatio sit et unde exorta, omnino eos fefellit.

Quod de Arabum grammaticis diximus, eos quum de nunnationis usu agerent multa collegisse potius quam explicasse, idem fere de plerisque recentioribus jure dici posse videtur. Quamquam ab illis quodammodo etiam

⁴⁾ De Sacy l. c. p. 237 sqq.

⁵⁾ Grammatica critica linguae Arabicæ. Lipsiae 1831. I. p. 49.

vincuntur, quippe qui, indagatione summæ legis omnino deserta, eo tantummodo operam contulerint, ut singulas voces vocumque juncturas conquirerent, quæ nunnationem respuerent. Ita Sacyus, Rosenmuellerus, Schierius, Casparius cet. Qui omnes, si quærimus quæ sit natura nunnationis, unum atque idem reddunt responsum: 'ein näselnder Nachklang auslautender Vocale' ⁶), qui qua de causa hic audiatur, illuc desideretur nescio. — Ewaldus, vir clarissimus et inter hujus aetatis Semitologos facile princeps, unus meliorem quam ceteri viam ingressus est. Quod non ita dico, ut eam aut commendare aut ipse sequi velim — nequaquam enim mihi ad rei explicationem ducere videtur; id tantummodo laudo, quod primus, si non vim nunnationis, at certe omissionem ita explicavit, ut ejus ratio speciem quandam habeat probabilitatis.

Ille igitur de origine nunnationis, 'Uberior, inquit' ⁷), et sonora, quæ per totam linguam regnat pronunciatio, inter alia efficit, ut in fine nominum post vocalem brevem sonus quidam nasalis audiatur tono simul sistendo aptus, nunnatio dicta. Qui quum cum ipsa, unde pendet, vocali brevi e nexus tantum sermonis pendeat, in scriptura cum ipsa vocali brevi haud exprimitur, nisi — cet. Quemadmodum igitur iis, quorum jam com-

⁶) Hupfeld, System der Semitischen Demonstrativbildung und der damit zusammenhangenden Pronominal- und Partikelbildung. Zeitschr. f. die Kunde des Morgenl. II. p. 477. — Sacyus (Grammaire Arabe. Sec. Edit. Parisiis 1831. I. p. 38) addit: Une voyelle est nommée nasale quand une partie de l'air émis pour la former sort par le nez. Ce n'est qu'improprement que je donne ce nom au *tenwin* des Arabes, qui renferme véritablement une voyelle et un son articulé.

⁷) Ewald, I. l. p. 46.

memoravimus sententias, ita Ewaldo nunnatio nihil est nisi euphonius quidam sonus. Quam explicationem jam inde ab initio mihi non valde placuisse confiteor, neque ei, nisi gravissimis nitatur argumentis, assentiar. Iti enim clarissimi viri, qui his quinquaginta annis in linguarum comparatione versati sunt, et quidem imprimis ii qui familiam Indo-Germanicam perscrutati sunt, id mihi penitus persuaserunt, euphonicos istos sonos literasque, ut səpissime asylum quoddam præbuerint ignorantia, ita re vera inveniri rarissime. Certe proximus quisque annus complures horum quasi parasitarum loco in grammaticorum libris injuste occupato cedere coegit. Ibi, credo, recte nomine euphoniarum nuncupantur literæ, ubi eo modo positæ sunt, quo β in voce *Iάμβλιχος*, (Phoen. יָמְבֵל), d in Gall. *viendrai*; sed nihil ego umquam hujus nasalationis simile comperi, quæ tamquam pestilentia in linguam Arabicam irrupit. Nisi vero mibi ν illud $\varepsilon\varphi\varepsilon\lambda\kappa\nu\sigma\tau\iota\kappa\circ\eta\circ\eta\circ\eta$ Græcorum objicitur, quod paucissimis quibusdam formis additur et fortasse ne illud quidem semper euphonicum est ⁸⁾. Madvigii enim sententia, clarissimi viri, m illud, quod in linguis Indo-Germanicis accusativo sing. generis masculini et feminini, səpe etiam Nominativo, Accusativo, Vocativo sing. neutrius generis additum est, ita interpretantis, ut sit

⁸⁾ Kruegerus (Griech. Sprachlehre 3 Ed. Berol. 1848. I. p. 31) perperam negat illud umquam adventicium esse. Ceterum ν illud, quod Dat. pl. interdum additur (-σιν), euphonicum fortasse non est, si quidem non ad usitatem locativi Sanscritæ (hunc enim casum dativo Graeco respondere volunt) formam *su*, sed ad eam, qua in poematis vedicis (Schleicher, Comp. der Vergl. Grammatik 1862 II. p. 465) invenitur, -*susu* illud -σιν referendum videtur. Boppius enim (Vergl. Gram. Sec. Ed. 1857 I. p. 167) docet Græcum ν sepe Sanscrito *s* respondere (Gr. ἔχομεν Scr. vāhāmas). Ita in lingua Graeca etiam terminatio Imperat. 2 p. pl. -τω non ex Sanscrito -tu sed ex Vedio -tāt explicari potest. (Schleicher I. c. p. 521).

'en til Ordetsaabne Udgang sig parasitisk sluttende Nasallyd' — qua explicatione accepta nunnationis simillimum quiddam repertum est — hæc igitur sententia omnino mihi probabilitate carere videtur⁹⁾). Quid? quod illa Arabum nunnatio omnia verba fugit, omnibus fere nominibus adhærescit, quomodo illud explicare poterunt aut Ewaldus aut ii, qui, cum eo facientes, nunnationem euphoniam studio tribuendam censem?

Sed fac hæc omnia integra esse, fac nunnationem sive casu sive divino quodam numine ductam omnia verba vitasse, videamus, quomodo illud Ewaldo procedat, quod conatur, ut causas eruat quæ interdum prohibeant, quominus nomina hac nunnatione ornentur.

'Non omne, inquit¹⁾, hic regnat arbitrium; imo causæ apparent universæ, quibus nunnatio in iis omitenda videretur. Omittitur igitur imprimis ob vocalem *a* fortiorum præviam, quæ tonum detinet'. — Primum novæ doctrinæ argumentum Ewaldus ex collectivis quadrilateris formæ نَعْلَلْ petit. 'In his, inquit, à illud secundæ syllabæ regnat'. Quod equidem non negaverim; sed id dubito, num præcedens illa vocalis nunnationis abjiciendæ fuerit causa. Formas enim usurpari video, quales sunt جَوَارٌ, أَغْلَنٌ ('si contingat ut ob ى ultimam radicalem duæ syllabæ extremæ brevius in unam coa-

⁹⁾ Madvig, Om Kjønnet i Sprogene. Kgl. Danske Vidensk. Selskabs hist. og philos. Afhandl. Havnæ 1836 V. p. 143 sqq. Habet licet hæc sententia tum aliquid, quod eam commendet, quum thema vocis in vocalem exit; num illud etiam miro illi euphoniam studio tribui potest, quod iis thematis, quæ litera consona terminantur, *m* additum est? Num censemus Euphoniam causa pro *vâkm* dictum esse *vâkm* (unde *vâkm*)?

¹⁾ Gram. Arab. I. p. 219.



lescant'). Mibi quidem formas قَنْلَانْ et قَنْلَلْ comparanti, ubi eandem causam, quæ in قَنْلَلْ valeat, eandem vim habuisse statuit Ewaldus, nihil esse videtur cur nunnatio non tum etiam — idque multo magis — sit abjecta, quum productum illud *a* propius ad clausulam vocis accesserit.

Satis apertum est id ipsum, quod terminatio feminina اـ nunnatione careat, imprimis doctrinæ Ewaldianæ ansam præbuisse; ne igitur mirum videatur, si nihil afferri possit, quod plane ejus de hac forma judicium refellat et redarguat. Quamquam non equidem intelligo, cur, si Ewaldus recte illud statuerit, اـ ceteraque ejusdem generis nomina, ubi اـ non minus productum inveniamus, quamvis feminini sexus signum non sit, usitatiore et perfectiore modo flectantur.

Formæ قَنْلَانْ et قَنْلَلْ Ewaldo, ut modo dictum est, propter اـ illud præcedens nunnatione carere videntur. Quam sententiam non facile tuebitur. Nihil enim poterit afferre, quamobrem vis hujus اـ minor sit in iis vocabulis, quorum genus femininum terminatione اـ addita conformetur²⁾). Anomalias vero et exceptiones nostra ignoratio invenit, ipsa lingua ignorat. Huic sententiae, non illi quidem admodum novæ, hac ætate major majorque fides accedit.

Sed ne tum quidem, si hæ exceptiones Ewaldo concedantur, lex illa quam statuere conatus est, ad omnia sufficit. Nomina enim propria cuiusvis fere formæ nun-

²⁾ De Sacy Gram. Arabe I. p. 403.

nationis expertia esse possunt. Ille igitur: 'quum nomina propria pleraque, inquit³), articulo careant quæque eum tenent semper fere servent, neque ex more sueto in statu constructo ea jungendi sit occasio, discrimen quod in ceteris nominibus nunnationem oriri fecit et sustentat, in his cessat; igitur nunnatio in his oppositi sui expers paullatim perit'. Longe alio modo hic, quam supra, vim nunnationis constitutam esse, quis est quin videat? Non ex 'uberiore quadam et sonora, quæ per totam linguam regnet, pronunciatione' nunc orta ei videtur, sed ad notandum discrimen quoddam inventa. Et quod tandem discrimen? Non id, quod crederes, nominum verborumque, sed aliud, nescio quod, ipsorum inter se nominum. Hic igitur parum constanter omnia ea irrita reddit, quæ de causis nunnationis in statu constructo et statu definito abjiciendæ (mox hæc attingemus) docuerat. Illud vero non nimis probabile est, omnia nomina propria primo nunnationem habuisse, ('paullatim enim 'periisse' dicitur) tum quia sine nunnatione ponere non possent, idcirco eam amisisse. — Hæc ad eas etiam voces pertinent, quas Ewaldus eadem de causa, qua nomina propria, nunnatione carere censet; adverbia quædam dico (فَوْقَ, بَعْدُ, قَمْلٌ, تَحْتُ) et numeralia distributiva (ثَلَاثٌ, مُّوَحَّدٌ, أَحَادُّ, ثَنَاءٌ cet.)⁴).

Hæc tamen omnia Ewaldus, si non nobis, at sibi ipsi videtur explicasse. Quid? quæ ipse attingere vix ausus est, quomodo ea se habere credamus? — Primum terminatio feminina ى quare nunnatione caret? Omnino, inquit, casuum ignara est. Ita quæstio tantummodo re-

³⁾ Gram. Arab. I. p. 220.

⁴⁾ Ewald I. c. p. 223.



jicitur; etenim voces ﻩـى، ﻊـى، multæ aliæ ostendunt non ideo ita fieri, quod nunnatio a natura literæ ى abhorreat

Sed aliud majus. Deminutiva eodem modo flecti solent, quo eæ voces, ex quibus facta sunt. Illudne cum eo convenit, quod statuerat Ewaldus, nunnationem quodammodo ex vocali præcedenti pendere? An potius nostram sententiam, quam posthac aliis etiam argumentis defendere conabimur, commendat, nunnationis additionem non tam formæ vocabuli servire, quam significationi? — Eodem illa spectant, quæ Ewaldo multo difficiliora erunt ad enodandum, quam ea sunt, quæ jannattulimus. Eadem prorsus forma ﻢـى sine nunnatione diem besternum, ea autem addita quemvis dierum præteriorum significat. Itemque voces ﻪـى، ﺢـى age! ades-dum! et si quæ aliae iis similes sunt, secundum Arabum grammaticos tum accipiunt nunnationem, quum significatione indefinita positæ sunt. (Eandem interjectionis quæ est ﻩـى esse rationem jam supra diximus). Idem discrimen in nominibus propriis —, iis scilicet quæ non semper nunnationem habent, ut زـى، neque propter formam indeclinabilia sunt, ut سـىـلـىـلـان — animadvertere licet; 'perfectiorem enim declinationem adoptant, si contra morem indefinita ponuntur.' Ex quo genere exemplum affert Sacyus: رـب ابـرـحـيـم رـاـيـنـه لـبـسـ اـبـنـه يـسـعـى اـسـحـاقـاـ (j'ai vu plus d'un Ibrahim dont le fils ne se nommait pas Ishac⁵).

Jam vero aggrediamur quæstionem, quam dedita opera usque adhuc distulimus, de forma, ut dicunt gram-

⁵) De Sacy Gramm. Arabe I. p. 411. Ewald I. c. I. p. 223.



matici, definita. Ideo distulimus, quia ea, quæ modo dicta sunt, lucem ei quodammodo afferre videntur. Namque ut significationem quandam indefinitam iis vocibus interdum nunnationis causam esse vidimus, quæ eam respuere solitæ essent, ita nunc articulo definito accedente eæ voces nunnationem abjiciunt, quæ aliter eam habent. Quod quum ita sit, non Ewaldus nos falleat, affirmans ⁶⁾ 'articulum toni partem in se trahere et ob augmentum initio accedens finem vocis vicissim brevius et levius sonare.' Si nunnatio, quomodo vult Ewaldus, idéo abjiceretur quia articulus voci præfixus toni partem in se traheret, idem in præpositionibus, quas vocant, inseparabilibus ب، ل، ك cet. valeret, et quemadmodum dicitur الْجَلْ, ita diceretur جَلْ، لِجَلْ، مِجَلْ cet. Haud dubie majorem etiam vim hæ præpositiones habent quam articulus, vox omnium tritissima. Lingua Hebraica, quæ minutissimas etiam et levissimas toni mutationes vocalium copia et varietate exprimere potest, nihil umquam ejusmodi, articulo præposito, ostendit. Ac tamen Hebraeorum articulus נ fortius etiam sonat quam Arابum لـ. Multo etiam minus ea ponderis habent, quæ Ewaldus iis quæ supra laudavimus addit, et quæ quid hic sibi velint non facile est dictu: accedere illam quoque causam, cur in statu definito absit nunnatio, quod nomen articulo junctum per se non adeo solitarie ponatur, quam eo vacuum. Etenim eam, quam his verbis Ewaldus statuere vult, status emphatici cum statu constructo similitudinem, nihil ad rem pertinere appetet, si consideramus, quomodo nunnationis in statu constructo jacturam ipse explicet.

⁶⁾ Gram. Arab. I. p. 217.



Nam ut *huc disputationem transferamus: 'Nomen, inquit⁷*, in statu constructo (ante genetivum) ob celerem ad complementum necessarium transitum rapidius pronuncietur necesse est.

Nullum autem ejusmodi transitum, quum articulus vocabulo addatur, fieri (atque, ut notum est, ne posse quidem fieri) non est quod moneamus. Sed num hic rapidus in sequentem vocem transitus nunnationem, quae ante adfuisset, expulerit, id fortasse etiam in dubium vocari potest. Ita enim linguæ Semiticæ, nescio an magis etiam quam ceteræ, comparatae sunt, ut in intima quaque verborum junctura veras formas maxime conservare soleant. Ut illud *t*, quod signum generis feminini est, quum ceteris locis mutaretur, in statu constructo integrum remansit⁸). Nec equidem video, cur non eodem jure et nunnatio et terminatio pluralis (sive *n* fuit, sive *m*) si umquam in statu constructo exstiterit, fuerint retentæ.

Sed antequam hæc persequimur, nonnulla super alia de nunnatione sententia, Meierianam dico, dicenda videntur. Quamquam hæc tantopere et concinnitate carret et probabilitate, ut paucissimos, opinor, habeat suatores. Ernestus igitur Meierus, quum libro, quem 'Ueber die Bildung und Bedeutung des Plural in den Semitischen und Indo-Germanischen Sprachen'⁹) conscripsit, id spectat, ut terminationem pluralem in his utrisque linguis ex eodem fonte fluxisse probet, hunc fontem invenit vocem quandam pronominalem *ām*, *ān*.

⁷) Ewald I. c. I. p. 247.

⁸) Quod in Ewaldi Gram. Arabica (I. p. 169) invenitur, terminationis femininae originem in *ah*, *ā* latere, jam ne ipsi quidem probatur. Quin etiam negat se ita scripisse (Zeitschr. f. die K. des Morgenlandes V. p. 453).

⁹) Mannhemii 1846.



Sed quum occurrerit singularem numerum apud Arabes easdem, quas pluralem, habere casum terminationes — vocales enim utrum eadem et eadem quantitate sint necne, id nihil sere Meiero referre videtur; — statuit, formarum singularium originem eandem esse ac pluralem; neque tamen id constanter tenere audet. Accusativi explicatio, qualiscunque est, ei tamen succedere videtur, quum hæc proferre potest¹⁾: 'Insofern nun das Neutrumb (pluralem enim terminationem eandem neutralem credit) seinem Begriff nach das Unpersönliche, Unselbständige, mithin Abhängige bezeichnet, so lag es der lebendigen Anschauung des Alterthums nahe, diese Neutralendung *am* noch weiter zu verwenden, um auch an Wörtern männlichen und weiblichen Geschlechts den Begriff der Unterordnung und Abhängigkeit, oder den Akkusativ im Gegensatz zu der Selbständigkeit und Subjektivität des Nominativ zu bezeichnen.' Fac hæc aliquid re vera explicare, fac non sonos potius inanes esse quam probabilem argumentationem, fac denique in linguis Indo-Germanicis eam nominativi neutr. gen. cum accusativo masc. gen. similitudinem, quæ Meierum deceperit, non multo melius alio modo explicari posse²⁾, aliae occurunt difficultates. Genetivi figura Meierum, scilicet ut hominem quum de vocalium mutationibus agitur non nimis religiosum, non illa quidem magnopere vexat. Terminatio *in*, hujus casus propria, nihil est nisi 'eine ursprüngliche Nebenform des Akkusativ oder des allgemeinen

¹⁾ l. c. p. 44.

²⁾ Cfr Schleicher, Comp. der Vergl. Grammat. II. p. 418. Benfey, Kurze Sanskrit-Grammatik, Lipsiæ 1855 p. 265. Bopp, Krit. Gram. der Sanskrita Sprache Tert. Ed. Berol. 1861—63 p. 83.

Casus obliquus³⁾). Quidnam autem hoc modo de nominativo fiat, neque ego intelligo, neque ipse Meierus intelligere videtur. Apparet enim eum, quippe qui casibus obliquis significatione prorsus contrarius sit, ad illud *m* neutrale referri non posse. Nodum igitur præcidens potius quam resolvens negat ullam huic casui intercedere societatem aut cum ceteris casibus singularibus, aut — quod mirum sane est — cum nominativo plurali, et ad pronomen nescio quod *un* = *ille*, *is*, terminationi *s* nominativi singularis apud Indo-Germanos respondens, ejus originem refert. Quod quam inepte fiat, apertum perspicuumque est. — Accedit cur sententiam Meierianam rejiciamus, quod id genus nunnationis nullo modo explicare potest, quod Arabes نونية appellant⁴⁾). Multo melius erat, omni omnino nunnationis explicatione relicta, ad sonum quendam euphonicum confugere. Ita enim eandem veniam, quam ceteri, impetrasset; nunc autem multo minus quam hi frequenter illam nunnationis jacturam explicare potest, siquidem nunnationem veram statuit literam esse, non literæ imaginem quandam et similitudinem. Sed Meierus non is est, qui nodum, ut ajunt, in scirpo quærat; rem uno verbo expedit: hoc *n* 'nonnumquam' perit. — Ad sententiam Meieri nunnationem non euphoniae causa additam credentis sed ex voce quadam adhærescente ortam, ipse Ewaldus priorem suam sententiam relinquens satis prope accessisse videtur. Cfr. Lehrbuch der Hebr. Sprache Sept. Ed. §. 202 a. c. §. 215 c. Hæc autem quum non minus obscure dicta sint, quam, opinor, obscure cogitata,

³⁾ Meier l. c. p. 12.

⁴⁾ Vide supra p. 2.



ut nequaquam defendi, ita vix refelli possunt. Ceterum quae contra Meierum dicta sunt, partim etiam ad Ewaldum pertinere videntur.

Ut Meierum, quum terminationem pluralem examinaret, ad nunnationem singularem deductum videmus, ita nos a nunnationis expositione ad plurale illud *n* devenissem meminimus. Quod quidem non casu quodam factum esse credo, sed quia arte inter se cohærent, vel potius eadem res sint. Neque vero illud nos ab hac sententia deterreat, quod nunnationem non vulgari illa litera ۞ scriptam invenimus. Ex Sacyo audivimus⁵⁾ quum confiteretur, eam non nasalem quandam vocalem esse, sed verum sonum articulatum. Ewaldus narrat⁶⁾, in Koranis librisque diligentius scriptis, quum Elif unionis nunnationem sequatur, literam ۞ cum vocali unionis infra lineam scribi, ut مَدِيْنَةُ الْخَنَّاثٍ — id quod eodem

spectare videtur. Si similia circumspicimus, quis est, cui in mentem non veniat lineolæ illius, qua veteres interdum pro ipsa litera *n* utebantur? Quæ scriptura etiamnunc in lingua Lusitana vestigia reliquit; signum enim, quod ipsi *Til*, *Tilde* vocant, ut figura et sono, ita nihil origine a litera *n* differt⁷⁾. Sanscrita illa signa,

⁵⁾ p. 4.

⁶⁾ Gram. Arab. I. p. 75.

⁷⁾ Intenção, irmão, cão, mão cfr Lat. intention-em, german-um, can-em, man-um. Libet de diphthongis hoc signo notatis quedam afferre, que mirum quam cum iis convenient, quæ modo ex libris Sacyi et Ewaldi de nunnatione attuli: Dass diese Nasalvocale, wie man sie zu nennen pflegt, keine eigentlichen Vocale sind, sondern consonantisches Element enthalten, geht auch daraus hervor, dass sie sich nicht mit dem Vokalanlaut eines folgenden Wortes metrisch zu einer Sylbe verbinden. Fr. Diez, Gram. der Roman. Sprachen Sec. Ed. I. p. 375. — Debilius igitur quam hoc signum, quod litera non

quæ *Anunâsika* et *Anusvâra* appellantur, etiam ex vera consonanti *n* (*m*) originem ducunt. In Slavorum Lithuaniae linguis similia adhibentur signa, quæ vocalibus addita sæpe pronunciatione non audiuntur, sed semper principale *n* indicant⁸⁾. Sed quid externa conquiro, quum ex ipsa Arabum lingua similia promi possint? Nemo, opinor, dubitat, quin terminatio singularis feminini generis *z* eadem sit ac pluralis *ω*, quamquam dissimiles habeant figuræ. Eadem igitur est ratio declinationis femininæ quæ masculinæ; in utraque quum uterque numerus initio in eandem literam desierit, nunc alter altera terminatur. Denique quo res nullam habeat dubitationem confidenterque nunnationem cum litera *n* conjungere audeamus, interdum alteram pro altera positam invenimus. Adverbium quod est *أَنْ* *tum* etiam *أَنْ* scribitur. Simili ratione pro *كَذَرْ* nonnumquam *كَذَرْ* ponitur⁹⁾. Quum ab exclamante terminatio *z* vel quasi significanter nomini additur, nunnatio in *و* transire solet¹⁾: (أَلَمْ زَيْدٌ نَّاهٌ) *وَأَلَامْ زَيْدِيَّةٌ* (l.). Sine dubio alia quoque colligi possunt. Ipse Ewaldus haud contempnendum nobis argumentum suppeditasse videtur, quum terminationem accusativi Amharici *en* cum forma Arabicæ *z* comparari jubet²⁾. Quod accipere non audere poenitet.

est, est Latinum *m*, quod vera litera est; hoc enim in versibus positum non impedit, quominus praecedens vocalis cum sequenti coalescat. Cfr Heyse, Syst. der Sprachwissenschaft. Berol. 1856 p. 277, 325.

⁸⁾ Schleicher, Vergl. Gram. I. p. 102, 262.

⁹⁾ Ewald, Gram. Arab. I. p. 341.

¹⁾ De Sacy, Gram. Ar. I. p. 576.

²⁾ Lehrb. d. Hebr. Spr. p. 520, 546.



Illud enim *en* non modo post suffixa poni posse, sed etiam verbis interdum addi (quum objectum vel præcedat vel sequatur), docet Ludolfus³⁾.

b92 Nihil adhuc obstat, quominus nunnationem singularem cum *n* plurali conferamus. Sed hoc doctissimum quemque, qui de forma plurali scripserit, vetare intelligo; nam omnes fere significationem pluralem in hoc ipso *n* latere censem. Nostrum igitur est formam pluralem examinare et, si modo possimus, ita explicare, ut appareat illud *n* a notione plurali omnino alienum esse. Quam quidem investigationem eo libentius adeamus, quia ita forsitan appareat, quæ fuerit prima nunnationis figura. Fieri enim potest ut — quæ sunt sonorum in omni lingua mutationes — initio longe alia fuerit atque nunc videamus. Quod si nunnationem cum plurali illo *n* conjungere liceat, quidquid in alterum valeat, id etiam ad alteram pertineat necesse est.

Ut philosophia, ita ea scientia, cui nunc nomen glotticæ imponunt⁴⁾ et quæ in formarum grammaticarum origine investiganda versatur, antequam ad veram artis formam redacta est, mystica qvodammodo fuit. Certe in hac, in quæ nunc maxime versamur, glottica Semitica ita usu venit. Cabballistæ enim quum singulis literis vim quandam interiorem et reconditam tribuebant, tum terminationem pluralem eadem ratione explicare conabantur. Quorum sententias et cognoscere et expōnere jure videmur supersedere. Neque magis operæ pretium sit colligere, quid ceteri eorum similes de hac re senserint, eos dico, qui ab una Hebraica lingua, non

³⁾ Gram. linguæ Amharicæ, Francofurti ad M. 1698 p. 49, 50. Grammaticam Isenbergianam adire non potui.

⁴⁾ Schleicher, Deutsche Sprache. Stutgardia 1860 p. 122.



ex comparatione omnium dialectorum Semiticarum profecti sint. Unus sit instar omnium. Loescherus, quum alibi notionem literæ *m* ait esse 'continere intra se foecundando sive ut augeatur ac multiplicetur suoque tempore emittatur⁵), alibi 'terminatio *m*', inquit, multitudinem activam et nobiliorem designat, ut ex pluralibus masculinis constat, *m* multitudinem passivam et debiliorem significat adeoque plurali feminino assignata est⁶). Cujus ad sententiam Ewaldus etiam aliquando satis prope accessisse videtur⁷). Postea autem (1844) intelligens ejusmodi explicationem a vera arte glottica esse alienam, aliud invenit, neque id, ut mihi quidem videtur, multo melius, quod quamvis multi impugnaverint, usque ad hoc tempus mordicus tenet. Statuit igitur primigeniam terminationis pluralis figuram fuisse *mân* vel *môn*, cuius reliquias in pronomine quodam personali Æthiopico *emânetû* sem. *emânetû* agnoscit. Hoc *mân* cum נָלְמָ m'lô, *môl* conjungere conatur⁸). De origine pronominis illius Æthiopici breviter tantummodo loquar, quoniam alii satis de ea re scripserunt. Dietrichius et Meierus, alter alterius explicationem, credo, ignorans, in eandem abierunt sententiam, quam Dillmannus quoque, plerumque, si fieri potest, Ewaldum sequi solitus, comprobat. Illis autem hæc forma ita orta videtur, ut terminatio pluralis priori pronominis formæ plurali addita sit. Eodem modo Chald.

⁵) De causis linguae Hebraæ. Francof. 1706 p. 265 (Dietrich, Abhandlungen zur Hebr. Grammatik. Lipsiae 1846 p. 51).

⁶) I. c. p. 367.

⁷) Gram. d. Hebr. Spr. 1858 §. 208: diese Endung scheint ursprünglich *âm* (*ân*) oder *ôm* gewesen zu sein, indem der Laut *â* die Dehnung, die Ausbreitung, *m ihre Umschließung*, und beide so vereint den Begriff des Mehreren auszudrücken scheinen.

⁸) Lehrb. d. Hebr. Sprache. Sept. Ed. 1863 p. 461.



جَهَنَ natum credunt. Forma linguæ Arabicæ vulgaris
 حَوْلَهُ pro حَوْلٍ⁹), nisi fallor, conferri etiam potest. Ben-
 feyi explicatio, syllabam *nētū* pronomen relativum *entā*
 existimantis¹), et parum mihi simplex videtur et ideo
 rejicienda, quia terminatio *tū* haud dubie eadem est, quæ
 in singulari *vētū* apparet. Quamquam quæ est formarum
 pronominalium quum in omnibus linguis Semiticis tum
 maxime in Æthiopica²) inconstantia, nulla potius quam
 nimia earum ratio habenda est.

Sed licet terminatio pluralis fuerit *mām*, illud neque
 ullis nititur argumentis, neque valde verisimile est, hanc
 vocem idem significare, nedum idem esse quod illud *m'lo*.
 Cum hoc Ewaldus, nescio quomodo, radicem מְוִי conjungit, quam multo potius originem formæ pluralis exi-
 stimare debebat, non modo quia מְוִי non tantum a מְוִי distat quam a *m'lo*, præsertim quum litera ו non raro
 in linguis Semiticis excidat³), sed etiam quia major ita in-
 tercederet similitudo cum forma plurali linguarum Indo-
 Germanicarum — his enim cum Semiticis comparandis
 Ewaldus delectatur — sive hæc fuit *ān*, *ām*, ut ipse et
 Meierus statuunt, sive *sa*, *sam*, ut Schleicherus mavult⁴).

⁹) Wahr mund, Gram. der Neu-Arabischen Sprache. Giessæ 1861 p. 53.

¹) Ueber das Verhältniss der Aegyptischen Sprache zum Semitischen Sprachstamm. Lipsia 1844 p. 108.

²) Dillman l. c. p. 261—63. Idem (p. 88) Æthiopes interdum literam *n* inserere narrat. Ita pron. *zenetū* (pro *zētū*) ortum est.

³) Sæpissime in Amharica (Ludolf l. c. p. 8). In dialecto Mandæa li-
 tera ו vocalis potius (i) quam consonans videtur. Nöldeke, Ueber die Mund-
 art der Mandäer. Abh. der kgl. Ges. der Wissensch. zu Göttingen X. 1862.
 Hist.-phil. cl. p. 87.

⁴) Vergl. Gram. II. p. 430. Hujus sententiam non magis mihi quam
 illorum placere confiteor, quam jam explosam et rejectam esse crediderim.
 Neque enim in omnibus pluralis numeri casibus *s* invenitur, neque, quod
 majus est, si recte Schl. conjectit, post suffixa casualia positum esset. Fieri

Nam ut **םְנָא** cum **םְנָא** cohærere videtur, ita Sanscritum illud *sam* a Lat. *cum*, Germ. *ge-* (sing. Gebirge == pl. Berge) vix divelli potest. Sed neutram vocem terminationis pluralis originem esse *posse*, non magni laboris aut subtilitatis est defendere. Illud non negaverim, in quibusdam linguis vocabula, quæ multitudinem, turbam, alia ejusdem generis significant, pro terminatione plurali usurpari⁵⁾. Sed is qui in grammaticis glotticisque quæstionibus versatur, videat ne, quæ in una lingua invenerit, ea alteri etiam semper audeat tribuere. Eo studium conferat, ut ad ipsas venas et viscera ejus linguæ penetret, cujus formas sibi proposuerit ad explicandum. Vehementer igitur admiror, Ewaldum, talem virum, has conjecturas protulisse, quibus nihil magis a linguis semiticis abhorrere potest. Quæ ita verborum copulationes oderunt, ut antiquissimum quodque harum linguarum monumentum maxime iis careat. Eae autem, si quæ colligi possint, voces compositæ ita semper comparatæ sunt ut nomen, quod grammatici vocant, regens præcedat, vox recta sequatur. Quemadmodum igitur dicitur **כָּל־דְּבָרִים**, ita etiam **מֶלֶךְ־דְּבָר** dici debebat, non inverso ordine. Quod autem de vocibus compositis dixi, ita intellectum volo, ut ad eas tantummodo voces pertineat, quas recentiores prædicativas (Bedeutungswurzeln, Verbalwurzeln) appellant, non ad eas, quas demonstrativas (Beziehungslaute, Pronominalwörter) vo-

enim non potest, quin numerorum discriminem antea notatum sit, quam casuum varietas. Quod eo magis mihi persuasi, postquam vidi ea, que Pottius de aliarum linguarum declinandi ratione tradit. Zeitschr. der D. Morgenl. Ges. IX. 1855 p. 450.

⁵⁾ Exempla ex lingua Sinica afferit Max. Muellerus (Vorlesungen über die Sprachwissenschaft. Lipsiae 1863 p. 335): *g' in* homo, *kiai* multitudine: *g' in kiai* homines.

cant. His enim omnis fere, quæ non vocalium mutatione constat, et nominum et verborum declinatio in familia Semitica efficitur ⁶⁾), qua quidem re et a linguis Indo-Germanicis, quales eas jam cognovimus, et a plerisque aliis differunt.

Non modo Ewaldi rationem hac argumentatione refutatam crediderim, sed etiam eorum sententias, quicunque in terminatione plurali substantivi cuiusvis reliquias quærant, ut, quod nunnationi detrahant, quem inanem tantummodo sonum existimant, id tribuant huic terminacioni, cui prædicativam, non demonstrativam postulant originem. Sed alii iique multo aciores veræ, quæ mihi videtur, nunnationis explicationi exstant inimici, quique non minus præcise cum plurali illo sive *m* sive *n* eam conferri vetent, eos dico, qui terminacioni *n* demonstrativam illi quidem originem concedunt, sed ita, ut significatio pluralis ea contineatur. Ex quo genere primus, quod sciam, noster Norbergius notas singulorum numerorum ad pronomina personalia refert. Sed apud eum rudis adhuc et tamquam adumbrata solum hæc disciplina est. 'Si femininorum, inquit ⁷⁾), character ex pronomine feminino נִנָּה, mutato in נִנְּה singulariter, et in נִנִּי pluraliter, originem traxisse affirmaveris, neque masculinorum terminationem ex masculino, נֶגֶד in singulari, נֶגֶדי id est נֶגֶדים in plurali, profectum esse negabis.' Si thesis, quam vocant, non minorem habet dubitationem quam hypothesis, hæc explicatio non firmissimis nititur

⁶⁾ Paulatim tamen formæ existunt, quæ alio spectare videntur. Satis erit commemorare formas illas verbales Aramaeas, quæ ex participio et verbo substantivo conflatæ sunt.

⁷⁾ De Conform. Lingue Hebræe. Opuse. Acad. ed. Norrmann 1818, II. p. 314.



argumentis. — Hupfeldus, eandem fere sententiam protegens, accuratius rem tractat. Notionem pluralem primum in pronominibus suam sibi adscivisse formam censem, et quidem eam, quæ nunnatione adiecta a forma singulari differret. Quum autem duæ nunnationis essent formæ, una sonum *m* referens, altera sonum *n*, hanc feminino generi assignatam esse, illam masculino. Deinde easdem formas in nominum declinationem irrepsisse, quum illa pronomina הֵם, הַוּם, הָיוּם, הָנָן, הָנָן, pluralitatis significandæ caussæ nominibus suffigerentur. Temporis autem progressu evenisse, ut et illa generum distinctio confunderetur, et in statu, qui dicitur, constructo principales harum terminationum figuræ quodammodo mutarentur. Dualem formam ex plurali *guna*, ut dicunt Sanscritologi, ductam esse. Ita ad illam fere formulam omnes, quæ in singulis linguis Semiticis inveniantur, plurales et duales nominum formas referri posse⁸⁾:

	Pluralis	
	masc.	fem.
	cass. rect. cass. obl.	
Stat. abs.	ם ים ינ ינ	ם ית ית
Stat. constr.	ג ג (ג)	ת (ת)
	<i>Dualis</i>	
Stat. abs.	תין תים	תין תים
Stat. constr.	ת (ת)	ת (ת)
A qua formula quum nulla lingua non discessisset, illud imprimis esse animadvertisendum, Hebreos formam status constructi plur. femin. etiam pro statu absoluto usurpare, Aethiopes formam femininam absolutam ת, ת.		

⁸⁾ Hupfeld, Syst. der Semit. Demonstrativbild. Z. f. d. K. d. Morg. II. p. 477.

ad masculinum transtulisse⁹⁾). — Primum hæc postrema sententia vix defendi poterit. Cui enim persuadebitur, illud casui soli deberi, quod, quæ nomina in linguis cognatis pluralem numerum terminatione *ūm*, *ūn*, *īm*, *īn* fingant, eorundem fere pluralis Aethiopice in *ān* desinere soleat? An hæc terminatio si umquam feminini generis propria fuit, ibi imprimis regnare debebat? — Sed hanc reprehensionem sentio non ad universum hanc formæ pluralis explicandæ rationem pertinere. Id vero pertinet, quod jure quæri videtur, quomodo fieri potuerit, ut ea ipsa litera, in qua notio pluralis sita esset, in altero genere excideret, in altero in literam *t* transiret. Quamquam illud forsitan similibus exemplis excusetur¹⁾; hoc autem in linguis Semiticis prorsus inauditum est. Neque ulla causa afferri potest, cur in statu constructo feminini generis non idem huic *n* acciderit, quod in eodem statu masc. generis, si quidem generum disserimen jam vocalium discriminè expressum erat. Deinde vocalium mutationes ne conatur quidem explicare, neque eas quibus casus efficiantur, neque eas quibus forma constructa in plerisque dialectis a forma absoluta discedat.

Benfeyus, qui postea hanc, vel potius huic similem, de origine formæ pluralis sententiam amplectus est, non ille quidem hanc vocalium inconstantiam silentio præteriit, sed quasvis earum mutationes et defendere audet, et, quæ est ejus sollertia, defendere posse videtur. Ille igitur scriptis, quibus linguas familie Indo-Germanicæ adscriptas explicavit et illustravit, clarissimus vir, in libro, quem 'Ueber das Verhältniss des Aegyptischen zum semitischen Sprachstamm, conscripsit, omnia undique con-

⁹⁾ I. c. p. 476.

¹⁾ Græci hodierni non vertunt δέν, pro οὐδέν, ipsa negatione sublata.

gessit, quibus præbet, linguas Semiticæ et Aegyptiacam ab eadem radice natas esse. Itaque quum quædam nomina Ægyptiaca (neque ea multa) terminatione *ou*, quæ eadem pron. tert. pers. plur. est, numerum pluralem significare vidit²), hoc satis sibi causæ esse credit, cur Hebræorum pluralem ad idem pronomen tert. pers. plur. referat. Vox enim, quæ est חַיָּה ex מִנְחָה | הַ ducta ei videtur, quam formam ita explicat, ut ex nomine quodam Ægyptiaco *ha* (cui significationem faciei tribuendam esse suspicatur) et vero pronomine plurali מִנְחָה conflatam dicat³). Illud autem מִנְחָה cum coptico *ou* (memph. *ew*) conferendum censem, ipse confitens se numquam similes literarum transitus invenisse⁴). Sed etsi adhuc nihil offendat, ea quæ Benfeyus ipse ex sua ratione effici concedit, imprimis ejus sententiam labefactare videntur⁵). Primum terminatio plur. masc. Arab. ح (Aethiop. አንድ difficilis illa quidem ei videtur, sed non dubitat affirmare

²) Benfey l. c. p. 309.

³) l. c. p. 90.

⁴) l. c. p. 50.

⁵) Hic liber Benfeyanus verus est Labyrinthus

— qua signa sequendi

Falleret indepresus et irremeabilis error.

Certa incertis ita misceat, conjecturas conjecturis ita firmat, ut quid credas, quid non credas, omnino nescias. Nihil fere non eorum, quæ ex ejus ratione efficiuntur, concedit, ita ut eum refellere — nisi ipse se satis refellat — difficillimum sit. Quis audeat credere (nonnulla exempla licet afferre) Semitarum præpositionem נֵב ex Ægyptiaca voce *ei* (ire) et *ro* (caput) conflatam esse (cfr l. c. p. 59, 60), aut articulum Hebraicum נֵב ex eodem *ro* præposito *ha* (facies) originem ducere (l. c. p. 62)? Neque probabilius videtur, quum מִינְחָה (coelum) a מִרְחָה (aqua) et verbo quodam אֶגְזָה (abundare) ductum credit (l. c. p. 317). Idem *asch* in pron. נֵב cum *re*, *er* (facere, esse) junctum agnoscit, (l. c. p. 474). Notam accusativi נֵב formam pluralem præpositionis Ægypt. dicit. — Rectene an secus linguae Semiticæ cum אֶגְזָה conferantur, v. Renan, Hist. générale et syst. comp. des L. Sém. Parisii 1863 l. p. 80 sqq.

eam ex ﴿אָמַת﴾ = ḥoām̄at hōām̄ ortam esse h. e. ita ut primum pronomen tert. pers. plur. masc. vocabulo aderetur, deinde ejusdem personæ plur. fem. bis accederet⁶). ﴿عَالِمُونَ﴾ igitur est *sapiens* + *ii* + *ee* + *ee*. Hæc explicatio ut satis putida mihi quidem videtur, ita explicatio formæ femin. plur. ei compar est. Quam antequam contractione depravata esset, statuit fuisse ḥoām̄at h. e. pron. tert. pers. plur. masc. + sing. fem. + plur. masc. ﴿عَالِمَات﴾ igitur est *sapiens* + *ii* + *ea* + *ii*. Id tantum dubitat, an forma Arabicæ potius ad originem ḥoām̄at hōām̄ referri debeat. (— + *ii* + *ea* + *is*), Hebraicam autem et Aramaicam, quæ in statu constr. sit, ita ut dixi explicandam censem⁷). Eam terminationem, quæ in Aram. et Samarit. statu absol. femin. est, ְ, ֵ, ֶ, ַ, pronomen 3 pers. plur. fem. ְְְְַַַַ, ut par erat, esse judicat⁸), et id quamquam paullo ante miratus erat⁹), si alia forma, quam vocant, organica in statu absoluto inveniretur, rursus alia in statu constructo. Illud ְ, quod inter stirpem et vulgarem terminationem pluralem insertum, imprimis suam de pronominibus suffixis sententiam commendare credit, equidem alio modo explicare velim. Numquam, quod sciām, nisi in iis vocibus positum est, quarum ultima radicalis litera debilis (vel fortasse, ut in בְּ, מְ null) est. Quamobrem hoc ְ tertiae radicalis vice fungi crediderim;

⁶) I. e. p. 323, cfr. p. 96.

⁷) I. e. p. 329—34, cfr. p. 312.

⁸) I. e. p. 339.

⁹) I. e. p. 335.


notissimum enim est Semitas ternas radicales semper amare¹⁾.

Quoniam de nunnatione scribimus, non de forma plurali, et satis indicasse videmur, in quantas difficultates Benfeyus delapsus sit, plura de ejus libro disputandum non est. — Imprimis forma feminina eos semper vexabit, qui pronomina personalia suffixa in nominum declinatione querunt. Neque vero id ejusmodi omnium formarum nominalium originem probat, quod in Aethiopum satis corrupta lingua nonnumquam genus feminum simili ratione notatur. Recte etiam monet Dietrichius hoc modo re vera nos ad formæ explicationem non provehi, sed rejici etiam. Volunt quidem et Hupfeldus et Benfeyus pluralem numerum accedenti nunnatione indicari. Sed hanc non modo in compluribus pronominibus²⁾, sed etiam in ea, de qua scribimus, nominum Arabicorum terminatione, sine ulla pluralitatis significacione invenimus.

Restat Meieri, quam supra jam attigimus, sententia. Is igitur terminationem pluralem masc. ab illo □ divelli vetat, quod multis nominibus significationem quandam neutralem et abstractam (ut loquuntur grammatici) dare videtur (מִלְבָשׁ, מַלְכִיָּה, מִתְהָמָם). Alterum signum pluralitatis □ idem esse censet atque illud □, quo præposito nomina abstracta etiam saepissime fiunt (תְּקִיה, תְּגִמּוֹן, תְּמִזְחָה). Contra quam sententiam quum plura afferri possint, hoc nobis satis causæ videtur, cur eam rejiciamus, quod neque vocalium mutationes explicare potest, et, quo

¹⁾ Insigne hujus amoris exemplum commemorat Sacyus, Gram. Arabe, Sec. Ed. I. p. 395, annl. 2.

²⁾ Cfr eam tabulam, quam Hupfeldus disputationi sue premit p. 127sqq.



nihil potest esse perversius, iis literis significationem plur. tribuit, quae plurali formæ cum singulari communes sunt. Nam plurale illud **ם** omnes fere, **ו** vero Meierus ipse in singulari etiam numero inveniri statuit. Cur **יְהָמָם** ³⁾, **מִלְכָתָה** singularia sint, **יְמִינָם**, **מִלְכָוִתָּה** pluralia, hujus sententiae propugnatores numquam, opinor, explicare poterunt.

Omnis, quas usque adhuc commemoravimus, doctorum virorum sententias eo vitio laborare vidimus, ut in consonantium explicatione vires absumentes, vocalium nullam fere rationem habuerint, vel potius habere potuerint. Longe aliam viam et, ut mihi quidem videtur, longe meliorem Dietrichius jam ante hos viginti annos ingressus est, qua miror non plures grammaticos sectatos esse ⁴⁾). Ille igitur vidi significationem pluralem in vocalis productione sitam esse, non in consonantis cuiusvis accessione. Quam sententiam simili pluralium, quos vocant, fractorum formandorum ratione confirmat ⁵⁾). Id etiam ad eam commendandam valere mihi videtur, quod a G. Humboldtio narratum vidi ⁶⁾, in aliis etiam

³⁾ E. Meier, Ueber den Plural p. 14.

⁴⁾ Proxime, quantum scio, ad Dietrichii sententiam Olshausenius (Lehrb. der Hebräischen Sprache, Brunsv. 1864, p. 26) et Dillmannus (Gram. der Aethiop. Sprache, p. 230) accesserunt. Sed neuter satis sibi constare videtur. Ut enim ille suspicatur (l. c. p. 17) 'dass das Verhältniss der hier erwähnten Endungen in einer sehr frühen Sprachperiode von demjenigen, das sich nachmals entwickelt hat, ganz verschieden war', ita hic, eorum quæ jam statuerat oblitus, alio loco dicit (l. c. p. 267): — so ergiebt sich die Dehnung der Singularendung mit Nasalirung als Bildungsmittel des Plurals'.

⁵⁾ Dillmann, Aethiop. Gram. p. 237. Ewald, Gram. Arab. I. p. 180.

⁶⁾ Ueber das Entstehen gram. Formen. Gesam. Werke III. Berol. 1845, p. 283. — Symbolicum etiam est quum num. plur. in compluribus linguis (Malaya, aliisque huic cognatis, interdum etiam in Mexicana) reduplicatione significatur. — Tz illud, quod in clausula vocis *ahuatl* invenitur, suffixum casuale est (Buschmannus).

linguis pluralem numerum 'quasi symbolice' ultimæ vocalis productione significari. In lingua Mexicana *ahuatl* (femina) plur. habet *ahuā, tlapohua* (numerat) *tlapohuā*.

— Sed quum antiquissima quæque cujusvis familie lingua tres tantummodo vocales primigenias ostendat, *a, i, u*, quas lingua Arabica integras diu servavit, has in familia semitica ad easum discrimina notanda adhibitas invenimus. Dietrichius Grimmianum 'Ablaut' confert, cui, sicut ipse Grimmius, eam vim tribuit, ut in linguis Indo-Germanicis ad formas et declinationis et conjugationis creandas adhibita sit. Quod quamquam Boppius, Schleicherus, alii longe alio modo se habere statuunt⁷⁾, illud nos nihil omnino movere debet. Hi enim ipsi viri docent, linguas Semiticæ ea maxime re ab Indo-Germanicis differre, quod illæ vocalium mutationibus ad formas grammaticas fingendas uti soleant⁸⁾.

Ea igitur lingua Semitica, cujus dialecti tantummodo sunt eæ, quas nunc linguas semiticæ appellamus, illo fere modo, si Dietrichium audimus, nomina declinavit:

	Masculinum			Femininum		
	Nom.	Gen.	Acc.	Nom.	Gen.	Acc.
Sing.	-um	-im	-am	-atum	-atim	-atam
Plur.	-ūm(a)	-īm(a)	-ām(a)	-ātum	-ātim	-ātam
Dual.	-ām(i)	-aim(i)	-aumi	-ātām(i)	-ātāim(i)	

⁷⁾ Notissimum est, hos clarissimos viros censere 'der Ablaut beruhe auf dem Vocalgewicht und dem Sylbenzahl', ut formarum binda-band eadem sit ratio quæ formarum accipio capio. Bopp, Vergl. Gram. sec. Ed. I. p. 15 sqq.

⁸⁾ Bopp, I. c. I. p. 196. Die Vocale gehören im Semitischen, im strengsten Gegensatz zu den Indo-Germanischen Sprachen, nicht der Wurzel, sondern der grammatischen Bewegung, den Nebenbegriffen und dem Mechanismus des Wortbaues an. — Cfr Schleicher, Semitisch und Indo-Germanisch. Kuhn u. Schl. Beitr. z. Vergl. Sprachforsch. II. p. 238.

Hanc declinandi formulam si cum singulis dialectis comparamus, ad Arabicam proxime accedere apparebit, et quidem ita, ut duabus rebus ab ea differat: primum quod nonnullas, quibus ea caret, casuum formas habeat, tuu quod omnes casus litera *m* terminet, non litera *n*. (Nunnationem ab hoc divellendam non esse, supra probasse nobis videmur).

Priorem illam de casibus quæstionem, quum a nostra disputatione forsitan aliena videatur, leviter tantummodo attingemus; nam omnino omittere non possumus, præsertim quum non omnia, quæ Dietrichius statuit, nobis placeant.

In aperto est, concinnitatem declinationis casus ab eo additos postulare. Formas grammaticas ex quavis lingua excidisse, nemini mirationem faciet, qui modo primis labris hanc, in qua versamur, scientiam glotticam attigerit. Lingua Arabica hodierna omnibus casibus caret, et jam antiquissima hujus linguae monumenta nomina quædam, ut loquuntur grammatici, diptotica habent. Quæ non ita ab initio fuisse, inde conjicere licet, quod status constructus, hic, ut fere semper, antiquitatis tenebor, tres casuum formas ostendit. — Sed ante ceteras formæ duales perire solent. In lingua Arabica hodierna totus hic numerus raro usurpatur, in dialectis Aramæis tres quatuorve voces, in Æthiopica vix duæ testimonio sunt, eum ad omnem familiam Semiticam pertinuisse. Quod quum ita sit, non est quod negemus, formam dualem *-auni* in linguis Semiticis exstitisse posse. (Non eadem est ratio terminationis femininæ *-âtaum(i)*, quam dubito an numquam linguae Sem. habuerint. Femininorum enim dualis longe recentior est, quam masculinorum). Sed id non intelligo, cur Dietrichius, quum



nonnulla concinnitati dare in animum induxerit, non omnia ei concedat. Nam si formam *-awni* Duali numero addere audet, nihil impedire videtur quominus eam nominativi propriam fuisse dicat: ita ejus ratio multo melior fieret. Non opus esse hanc formam tanta investigare diligentia, quanta persequatur Dietrichius⁹⁾, mox apparitum esse spero.

Quum lingua Arabica, quamdiu quidem ejus progressionem cognoscere possumus, numquam plus quam duo casus plurales habuerit¹⁾, eorum ipsorum jam alter desideratur. Genetivi enim terminatio *ن* nominativi etiam vice fungitur. Qui hanc linguæ Arabicæ hodiernæ formam frotuito vocalis *û* in *ي* transitu ortam credunt, reputent terminationem numeri Dualis *én* eodem speetare, quo illud *îm* plurale, ut casus quidam obliquus locum casus recti occupaverit. Idem in multis aliis linguis observare licet²⁾. Sed si hæc concedantur necesse est, non magis id dubitari potest, quin Hebraeorum *îm* ex primigenia genetivi forma universi numeri pluralis signum

⁹⁾ Nomen quoddam ^{كَلْدِيُون} ^{كَلْدِيُون} (subtiliores arenæ cum olei amurea mixtae) quod apud Freytagium sub rad. ^{كَلْدِن} invenitur; Dietrichius nescio quo jure radici ^{كَلْدِو} tribuens, a forma ^{كَلْدِيُون} fictum credit. Concedendum est vocis significationem (materia a duabus rebus composita) ab hac formæ explicatione non abhorgere.

¹⁾ Si quis querat, ubi nominativus et accusativus se ita tangant, ut alterum potuerit expellere, respondeo — si responso opus est — ejusmodi locum in nominibus, quæ vocant, actionis inveniri posse. Cfr ex lingua Latina: Quid tibi hanc digitio tactio est? Plautus.

²⁾ Quum voces Graecæ in linguam Syriacam peregrinantur, saepè formam accusativi habent. ^{αὐτὸν} ^{βαλλεῖσθαι} ^{αὐτὸν} ^{ἀνέγειν}. Omnia fere nomina Romanica ad accusativos Latinos referenda esse, v. Diez, Gram. d. Rom. Spr. II. p. 10 sqq. Cfr Bopp, Vergl. Gram. I. p. 480.

factum sit. Eam, quæ in lingua Æthiopica usurpetur, terminationem pluralis *ān*, ad illum, quem Dietrichius non temere in tabulam suam induxerit, casum accusandi pluralem referendam esse, æque certum habeo³⁾. Quamquam ipse suam sententiam non hac forma firmat, oblivione nescio, an aliter explicans. Ex lingua Hebraica nonnulla adverbia in *ām* desinentia collegit, quæ initio accusativos plur., et jure fortasse, suis censem.

Reliquum est ut videamus, num Dietrichius id quod pro concesso sumpserit, ut Hebr. et Phoen. *m* pro Arab., Æth., Aram. *n* in tabulam illam reciperet, recte facere potuerit. Quod mihi quidem certissimum videtur. Sive enim ipsas linguas Semiticas respicimus, apparebit *m* in *n*, non *n* in *m* transire solere, sive linguas Indo-Germanicas et Turanicas adimus, hæ docebunt labiale illam nasalationem sæpiissime in hanc nasalem commutari, inversum ordinem rarissime ac fere numquam deprehendi⁴⁾.

Hic autem animadvertisendum est, quod Dietrichium fugit, hanc literarum commutationem numquam fieri, quum vocalis sequatur⁵⁾, tum autem maxime frequentari, si *m* ultima vocis litera sit ('im Auslaut'). Unde sequitur, vocalem *a*, quæ in forma plurali inveniatur, et vocalem *i*,

³⁾ Hoc eo magis credo, quia, ut illud *ן* quod in statu constr. sing. Hebr. non secus ac plur. terminatio *ן* ad genitivi formam spectare videtur, ita Æthiopum stat. constr. sing. in -*a* exiens, accusativi formam præ se fert. Dillmanni enim sententia (Æth. Gram. p. 258) quæ eadem Ewaldi est (Lehrb. d. Hebr. Spr. p. 550) mihi minime placet.

⁴⁾ Cfr de linguis Indo-Germ. Schleicher, Comp. d. Vergl. Gram. I. p. 283. — De lingua Fennica: Akiander. Försök till en framst. af Finska språkets ljudlära. Suomi V. Helsingf. 1845 p. 282.

⁵⁾ Si *m* prima vocis litera est, nonnunquam etiam ante vocalem in *n* transit. Hoc modo *ןָנָה* fortasse a *ןָנָה* fictum est (Ewald Lehrb. d. Hebr. Spr. p. 134) ut Gall. *natte*, *nèfle* a Lat. *matta*, *mespilum*.

quæ in duali, postea additas esse quam ceteræ dialecti Semiticæ ab Arabica discesserint. Hoc Dietrichii sententiam refellit, Arabicum illud *a* ad principalem declinationis figuram pertinere credentis. — Evidem potius, si in hac re exempla ex alia linguarum familia arcessere licet, Gothicæ quædam pronomina contulerim, quorum accusativus sing. in syllabam *-na*, ex primigenio *-m* ortam, desinit (Goth. *þana* Sanscr. *tham*)⁶). Simile etiam illud videtur, quod lingua Græca hodierna pro terminatione gen. plur. *ων*, Sanscr. *ām*, interdum *-ωνες* dicitur⁷). Si quis forte miretur, cur dualis numerus vocalem *i*, non ut pluralis *a* addiderit, eum ad Ewaldum relego (Gram. Arab. I. p. 86): 'Omnino, inquit, per totam late linguae ditionem hæc vocalium *â*—*i* oppositio mutua viget, ut in duali *âni* ex plurali *âna'*⁸). Cfr. ^{جتنينان} جتنين. Duale illud *i* nullam numeri significationem habere, inde etiam concludi potest, quod in quadam dialecto Arabica hic quoque numerus in *a* exit⁹).

Quum et omnia, quæ rationem Dietrichianam labefactent, illud etiam *m*, quod ex numero plurali in singularem transferre ausi sumus, in suspicionem vocare videantur, neque in res a nostra disputatione nimis alienas incurrere velimus, quam brevissime poterimus, rem gravissimam et quæ tamquam calx Achillea hujus rationis

⁶) Bopp, l. c. I. p. 311. Das ursprüngliche *m* hat sich in *n* verwandelt und diesem ist gleichsam zu seinem Schutze ein *a* zur Seite getritten.

⁷) Schinas, Grammaire du grec moderne. Parisiis 1829 (ξαπτῶνε pro ξαπτῶν etc.).

⁸) Licetne hinc conjicere illas vocales tum demum adhærescere coepisse, quum plurali numero accusativi forma deessel, duali nominativi?

⁹) Hoc legisse probe memini, sed nescio in quo libro. Lumsdenii, ni fallor, auctoritate nititur.

sit indicabimus. — Unde illud *ai*, ē natum est, quod in statu constructo plur. linguae Hebraicæ, Syriacæ, Chaldaicæ, Phoeniciae invenitur? Vix casu quodam evenire potuit, ut hæ linguae illam formam cum dialecto Himjaritica, longe diversam terræ Semiticæ regionem habitanti, communem habeant¹⁾). Accedit quod numquam, quantum memini, in linguis Semiticis ī in *ai*, ē abit. Sed vide ne forma *ai*, ē principalis sit, ī inde ducta. Certe non pauca exempla colligi possunt ubi illud in hoc transierit²⁾). Imprimis dialecti Aramaici multa suppeditant exempla: Syr. ﻲَلَّا Arab. حِيلَّا cet. In lingua Hebraica ex ﺔَرَبَّ ﺔَرَبَّ factum est ﺔَرَبَّ et hinc ﺔَرَبَّ cet.³⁾. Linguae Semiticæ terminationem quandam habent adjectivam, cujus vocalis eadem laborat inconstantia, qua hæc pluralis. In linguis Arabica et Hebraica haec terminatio est ī, in dialectis Aramaicis *ai*, in lingua Aethiopica modo ī modo āvī (de litera *v* inserta cfr Dillm. Æth. Gram. p. 66). Ewaldus ipse principalem hujus terminationis figuram existimat *ai*⁴⁾). Causa cur in de-

¹⁾ Osiander, zur Himjaritischen Alterthums- und Sprachkunde. Zeitschr. d. D. Morgenl. Ges. X 1856 p. 43 cfr. p. 36.

²⁾ Die Uebergänge der Diphthonge in Monophthonge ist physiologisch leicht zu erklären: Assimilation beider Laute an einander, wie *ai* zu ē, *au* zu ô, oder eines an den andern, wie *ai* zu (*ei*)ī, *au* zu (*ou*)ū. Schleicher, Vergl. Gram. I. p. 63 (nonnulla mutare ausus sum).

³⁾ Rödiger, Ges. Hebr. Gram. XV. Ed. Öfvers. Upsal. 1849. p. 446.

⁴⁾ Hanc terminationem cum casu genetivo cohaerere jam Hupfeldus (Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. II. p. 470) suspicatus est. Cū ita assentior, ut eam ad genetivum referendam esse credam, sed ad gen. plur., non ad gen. singularem. — In aliis etiam linguis usu venit, ut quæ terminatio genetivi est, eadem sit adjectivorum. In lingua Græca eadem adjectivi δῆμος ad genetivum δῆμον (Hom. δῆμον = δῆμοσιο) est ratio, quæ in lingua Arabicæ formæ ئَهْمَلْيَى ad ئَهْمَلْيَى (gen. pl.). In lingua Thibetana, Garo,

clinatione plurali status absolutus non eadem fidelitate formam principalem retinuerit, qua st. constr., sine dubio in sequenti consona queri debet. Quamquam, quod equidem sciam, linguæ Semit. simile nihil habent. Sed in lingua Persica, ubi *I* et *V* *majhûl* (*ê*, *ô*) Zendico *ae* (= *ai*) et *ao* (= *au*) respondere solent, ante nasales literas pro *I* et *V* *majhûl* semper positum est *I* et *V* *maarûf* (*î*, *û*)^{5).}

Si igitur, eam etiam ob causam, quod status constructus tenacior antiquitatis esse solet, quam st. absolutus, *ai* principalem formam existimamus, concinnitas id postulare videtur, ut huic genetivi formæ nominativi forma *au* respondeat. Quam non inveniri, non est quod miremur, quum sola Arabica lingua nominativum servet, quæ ut genetivi *ai* in *î*, ita nominativi *au* in *û* mutare

Hindostana genetivi figura eadem adjectivorum est. (Max Müller, Vorles. über die Sprachw. p. 348). Nom. Hisp. in *-ez* exeuntia a genetivis ducta sunt (Diez, Gram. der Rom. Spr. II. p. 10). — Neque illud non invenitur, ut ex forma Gen. *pluralis* adjectiva facta sint. Nam quum Germani dicunt 'Berliner Blumenzwiebeln' illud 'Berliner' gen. pl. est. (Schleicher, Deutsche Spr. p. 222). — Adj. Arab. in *ى* desinentia appositionem, quam vocant, haben in genitivo (Ewald, Gram. Ar. II. p. 20): *رَبِّتُ الْتَّمَبَّهِي قَبِيمَ عَدِّي*^۷ و *وَنِي*^۸. — vidi Taimitam i. e. popularem Taimi (tribus) Taimi scilicet Adii'. — Similiter nomina abstracta in *âm*, *ân*, *ôm*, *ôn* exeuntia, saepè adjectiva facta sunt. Saepè enim ut 'genet. qualitatís' abhibeantur. Ne igitur miremur, tam saepè his terminationibus addi *ى* (Ewald, Lehrbuch. d. Hebr. Sprache p. 426).

⁵⁾ Spiegel, die Vocale *î* und *î*, *û* und *ô* im Neopersischen. Kuhn und Sohl. Beitr. z. vgl. Sprachf. III p. 77 "ein ganz regelrechter weiterer Fortschritt." Conferri etiam potest Wallin, Probe aus einer Anthol. Zeitschr. d. D. Morgenl. Gesellsch. VI. p. 197; Die Endung *ein*, *ên* (=ain) reimet (in Neu-Arab. Gedichten) mit der Endung *în*. Das *î* hat aber bei fast allen Orientalischen Völkern einen weit tiefern und breiteren, dem *e* sich nähernden Klang als bei uns. Cfr Z. d. D. Morgenl. Ges. IX. p. 6.

debuit. Tamen fortasse in suffixo nominali 3 pers. sing. Syr. ܐܼܾܻ Chald. ܗܼܻ hujus *au* reliquias cernimus⁶).

Velimus, nolimus, forma pluralis hoc modo eadem fit atque dualis. In quibus angustiis Benfeyus ingeniosa sane formæ dualis explicazione nobis succurrit. Ipsius verba liceat afferre⁷): 'Ich glaube das sich die Kategorie des Duals im Semitischen Sprachbewusstsein durch Wörter zu entwickeln begann, welche Gegenstände bezeichneten, die in der Natur paarweise bestehen. Diese, obgleich mit dem Flexionszeichen des Plurals versehen, schienen, da sie stets eine Paarheit bezeichneten, einer andern als der pluralen Kategorie anzugehören; indem sich diese kategorische Verschiedenheit im Sprachbewusstsein zu grösserer Schärfe erhob, lösten sich derartige Wörter in derjenigen pluralischen Gestalt, welche der Plural zu einer bestimmten Zeit seiner Geschichte hatte, aus der Analogie des Plurals ab, und nahmen nicht länger an dessen phonetischer Geschichte Antheil.'

Ut intelligamus, quomodo nunnatio nata sit, necesse est videamus, quomodo ceteræ declinationis formæ in his linguis fuerint procreatæ. Quamobrem ultra hanc universæ familiæ Semiticæ aliquando communem declinationem, cuius formas ex singulis linguis accitas supra collegimus, regrediendum est et in ipsam linguarum Semiticarum tamquam officinam penetrandum.

Fuit igitur quum linguae Semiticæ nondum nomina a verbis forma distinguerent⁸). Omnia tunc themata,

⁶) Dietrich I. c. p. 66.

⁷) Verh. des Aeg. z. Semit. Sprachstamm v. 351. Simili modo dual. Indo-Germanicum explicat. Kurze Sanskrit-Gram. 1855, p. 272.

⁸) Ita in omnibus linguarum familis fuisse, mihi persuaserunt ii, qui in linguarum comparatione versati sunt. Sinicam etiamnunc hoc modo comparata esse constat.

ut etiam nunc verba Arabica, in primam illam et principalem vocalem *a* exibant. Jam illo tam remoto tempore major omnis et aucta vis, sive, ut nunc loquuntur, intensiva, sive extensiva, ultimae vocalis⁹⁾ productione significari poterat. Declinationis igitur formula erat:

Singularis¹⁾ — *a*

Pluralis¹⁾ — *â.*

Sed interdum nominibus, postquam a verbis distinguui coepta sunt, vox quædam demonstrativa *ta*, quæ vice articuli, quem vocant, definiti fungebatur, accedebat²⁾. Hic autem articulus in quavis lingua duobus modis adhibetur: 1) sensu, ut dicunt grammatici, individuali: ﷺ hic (singularis) vir; 2) sensu generali: ﷺ = genus humanum. Unde liquet, cur linguæ Semiticæ et *nomina unitatis* et *nomina abstracta* litera *t* (ג, ת) terminare soleant. A nominibus abstractis, quæ in omnibus fere linguis feminina existimantur³⁾, latius serpens, haec terminatio paulatim nota feminini generis facta est⁴⁾, et eodem tempore hoc ipsam genus pro gen. neutr. usurpari coeptum est. — Jam igitur declinationis formula erat:

⁹⁾ Sed etiam ceterarum vocalium; testimonio sunt plurales, qui dicuntur, fracti.

¹⁾ Haec nomina ideo tantummodo retineo, quia meliora invenire non quo.

²⁾ Eodem modo in lingua Phoen. pron. demonstr. תְּ, תִּ abjecta, nominibus adhærescit: תָּאֵן hic lapis, תָּבְכֵן hoc cubile. Rödiger, Ueber die Phoen. Inschr. Zeitschr. d. D. Morgenl. Ges. IX. p. 653.

³⁾ Cfr Schott, Ueber die Cassiasprache. Abh. der Berliner-Akad. 1858. Hist. u. phil. Theil p. 423.

⁴⁾ Etiam in linguis Indo-Germanicis postea nota generis feminini existimata est, quæ ab initio non erat. Schleicher, Die Genusbez. im Indo-Germ. Kuhn u. Schl., Beitr. zur Vergl. Spracf. III p. 92. In lingua Gallica terminatio feminina *e* saepe analogiæ soli debetur (*grande, molle* L. *grandis, mollis*, non *granda, molla*).



Masc.

Sing. -a

Plur. -â

Fem.

-a + ta.

-â + ta.

Sed quum jam "femininum" illud *t* cum radice coaluisset — sicut status emphaticus linguae Syriacæ sæpiissime (et magis magisque) pro themate usurpatum — orationis perspicuitas plures casuum formas postulare visa est. Itaque vocalis *a*, principali Arabum casui, accusativo, assignata est, vocales *i* et *u* genitivo et nominativo relictæ. Ecce igitur formula:

Masc.

Sing. Acc. -a

Gen. -i

Nom. -u

Plur. Acc. -â (*a* + *a*)Gen. -ai (*a* + *i*) contr. ê, îNom. -au (*a* + *u*) — ô, û

Fem.

-ata

-ati

-atu

-âta

-âti

-âtu

Apparet formam pluralem eo genere productionis a singulari fictam esse, quod Sanscritologi Gunam vocant, Schleicherus 'erste Steigerung'. Hic etiam negat, linguas Indo-Germanicas initio aliud genus productionis habuisse⁵⁾

Hæ, quas proposuimus, formæ eadem sunt quæ in statu constructo inveniuntur, hisque nunnatio adhæsit. Sed qua de causa adbæsit? si huic quæstioni respondere possimus, fortasse liquebit, quæ sit ejus origo. Paululum igitur ad ejus usum attendamus. In quo hoc nobis gravissimum maximeque insigne videtur, quod tunc adesse solet, quum abest articulus definitus, tunc desiderari, quum hic præcedit. Intercedat igitur oportet aliqua ho-

⁵⁾ Die Unursprünglichkeit von i und u im Indo-G. Kuhn und Schl., Beitr. I p. 338.

rum quasi signorum grammaticorum ratio. In Germanica, Lithuanica, Slavicis linguis simillima res invenitur. Hic enim quum nomina adjectiva duo declinationis modos habeant, alter significatione definita adhibetur, alter indefinita. Si igitur sciri potest, quomodo harum formarem discrimen ortum sit, id fortasse nobis viam monstrabit, qua ad nunnationis explicationem pervenire possumus. Illud autem Boppius, qua solet sagacitate, vidit. Intellexit alteram harum declinationum ita ortam esse, ut articulus quidam demonstrativus voci adhæserit⁶⁾. Licetne igitur de nunnatione simile quiddam suspicari? Primum, cum ea ratione convenit, qua Semitae novas declinandi formas fingere solent? Huic quæstioni numquam respondere possemus, nisi illam de harum formarum origine disputationem, quæ fortasse nonnemini supervacanea visa est, suscepissimus. Nunc autem libere affirmare audemus, id a linguarum Semiticarum ingenio minime alienum esse, ut voces pronominales in usum declinationis adhibeant. Vidimus enim formam, quæ nunc dicatur feminina, ita fictam esse, ut articulus demonstrativus voci accesserit. Quæ quum ita sint, id solum circumspiciamus, num linguæ Semiticæ ullam habeant vocem pronominalē, cuius significatio articulo definito contraria sit sonusque principalis sit *m.* Quæ nobis statim occurrit, pronomen enim indefinitum omnibus Semitis commune est *l.* Hoc et postpositivum est, et — verba Sacyi laudemus⁷⁾ —

— sert à généraliser tous les noms appellatifs en indiquant

⁶⁾ Bopp, Vergl. Gram. Sec. Ed. II. p. 13. s. 88. Jam in priore sui libri ed. idem indicaverat. Optime rem explicavit Leo Meyer, Ueber die Flexion der Adjekt. im Deutschen. Berol. 1863.

⁷⁾ Gram. Ar. I. p. 538.

que ces noms sont pris dans tout le vague dont ils sont susceptibles' (ما خلّة) **صَرْبُ اللَّهِ مَنْكَلًا مَا** Deus proponit similitudinem quamlibet (Cor. Sur. II. 26). Sic etiam dicitur **يَلَبِّيْتُ لَبَّتَةً مَا قَلِيلٌ مَا فَمْ** 'parcum quid sunt', 'moratur moram aliquam'.

Neque vero id nobis dubitationem injiciat, quod minus probabile videatur, hujus pronominis longam vocalem ita sine ullis vestigiis excidisse. Primum à hujus vocis non ita raro corripitur, et quidem sæpissime, quum præpositioni juncta in interrogationibus posita est: **لِمَ** quamobrem? **مَتَّلَمْ** quousque⁸⁾? **كَمْ** et **كَمْ** vocalem omnino abjecerunt; sic etiam Syr. **كَمْ**, **كَمْ** ex **كَمْ**, **كَمْ**. Verbis Arabum, quæ vocant, laudandi et vituperandi additum idem **ما** vocalem brevem habet: **بِسْمِ**, **فَعْمَ**. Tum vero illud **شَيْئَ**, quod hujus ætatis Arabes sæpissime in interrogando et negando verbo addunt, eadem fere, quam habet **ما**, significatione, in **شَيْئَ** corripi videmus. In dubium etiam fortasse vocari potest, num vocalis hujus **ما** initio fuerit longa; nam quum præfixum nominale est, correpte pronunciari solet: **مَاجِلسٌ**, **مَكْتُوبٌ**⁹⁾

Accedit, quo confidentius illud **ما** additum esse credere audeamus, quod hanc vocem tam multis variisque modis ad formas grammaticas fingendas usurpatam in-

⁸⁾ Saey, l. c. p. 541.

⁹⁾ In participiis hoc præfixum habet vocalem *u*, in nomin. instrum. *i*, in nom. loci (*et*, quæ eadem sunt, abundantiae) *a*. Hisne vocalibus quid significari credimus? In pron. 3 pers. vocalis *u* masculino assignata est, *i* feminino. Nomina instrumentum significantia femininum genus amant. Nomina loci recte neutr. formam elegisse videntur. In participiis, quæ modo *u*, modo *i* habere debebant, illud invaluit. — Hæc tamen in medio relinquimus.

venimus. Nam non modo præpositam, ut diximus, in participiis, nominibus instrum., nom. loci sæpius hanc vocem videmus, sed sine dubio etiam suffixam in iis nominibus abstractis et adjectivis, quæ in *ām* (Hebr. *ōm*, *ōn*, Arab. Aeth. *ān*, Amh. *ām*) exeunt. Eadem multis adverbii, præpositionibus, conjunctionibus addita est, idque sæpe ita, ut plane otiosum esse videatur. Exempla ex Arabicâ lingua innumerabilia afferri possunt. Plerumque enim adverbia conjunctiones eo modo fiunt, ut *la* postpositum tonum amittat¹⁾ et cum iis in unam vocem tamquam coalescat: كَيْفَمَا حَيْثُمَا cet. Omnia supervacaneum est, quum inter præpositionem ejusque casum nonnunquam inseritur: عَمَّا قَلِيلٌ, بِمَا رَحْمَةٍ. Sic etiam Hebrei pro simplici כ, ה, ב dicunt בְּמִזְרָחָה, בְּמִזְרָחַ . Apparet igitur usum hujus vocis *la* eo fluxisse, ut et ipsa fere non amplius esset vocabulum, et multo magis frequentaretur, quam quantum significatio ferre videretur. Quamobrem non admirabile est, si eam interdum substantivis tum addi animadvertisimus, quum sententia aut eam non postulare aut etiam respuere videatur. Reputemus quam late usus articuli definiti pateat, sive nostram de origine formæ femininæ sententiam respiciamus, sive Syrorum illum gliscentem status emphatici pro statu absoluto usum. Nihil est quod repugnet, quominus articulo indefinito idem accidere potuerit, quod articulo definito. Neque vero, quamvis tamquam constans lex nunnatio per totam linguam, ubi sententia statum definitum non plane postulet, regnare videatur, id fieri non potuit, ut quædam voces, etiamsi nulla intercesserit causa, eam repudiarint.

¹⁾ L'unité du mot c'est l'accent. W. v. Humboldt.

Nam et hæc voces ita tantummodo anomala sunt, ut antiquitatem melius retinuerint, et nulla fere, si articulus ille indefinitus abest, efficitur significationis mutatio. Id quod inde etiam scire licet, quod permulta linguae hunc articulum desiderant.

Et tamen fere semper facile est explicatu, cur quoque loco absit. Singula videamus.

Cur igitur absit, quum articulus definitus praecedat, non opus est explicare; nulla enim vox eodem tempore et indefinita et definita esse potest. Difficiliorem quodaammodo habet explicationem, quæ fuerit origo formæ status constructi. Quamquam enim nihil obstat, quominus nos, ut ceteri omnes, statuamus, eam jactura literæ *m* ortam esse, jam diximus hanc rationem nobis non placere²⁾). Pronunciandi difficultatem non fuisse causam, cur litera *m* abjiceretur, inde concludere licet, quod his temporibus consonans etiam in statum constructum irrepsit³⁾). Fuit igitur alia ratio. Notum est linguas Semiticæ vocem inter genitivum et nomen regens non ferre. Illud nonne hue pertinere credimus, siquidem nunnationem veram fuisse vocem statuimus? Aliud etiam afferri potest. Constat in ea, de qua loquimur, junctura nomen regens articulum definitum non ferre, sed ad genitivum rejicere. Si idem in articulo indefinito valuisse suspicari licet, intelligitur cur in statu constructo nunnatio desideretur. Accedit quod sèpissime ipsa additio genetivi satis habet demonstrationis. Quo fit, ut non raro nunnatio re vera nullam ibi causam habeat.

²⁾ p. 41.

³⁾ Wahrmund, Neuarab. Gram. p. 66. Numerus Dualis melius quam pluralis antiquitatem servavit.

Eum ordinem, quem sequitur Ewaldus, retinentes, ad formam pluralem فَعَلِيلُ transeamus. Supra commoravimus, voces hujus formæ tunc nunnationem accipere, quum ob ى ultimam radicalem duæ extremæ syllabæ in unam coalescant (جَوَارِ, اغْنَانٍ). Sed hæ ipsæ voces, si in accusativo ى movetur, nunnationem rursus amittunt. Causa in aperto est. Quum vox tot tantummodo literis constat, ut nunnationis adjectio non molesta esse videatur, hæc adesse solet; sin nimis longa deliciatis Arabum auribus sentitur, id euphonie datum est, ut articulus ille indefinitus, qui, sententia non mutata, abesse possit, non addatur. Simile, sed multo gravius, est, quum ipsius radicis ultima vel prima litera, ne vox nimis longa difficilisve pronunciatur sit interdum amputatur. Ex جَحَّامِرْ fit plur. عنْدَلِيْبْ ex جَحَّامِرْ deminutivum عَنْيِدْلْ; ex مَدْحَرْ Pl. مَدْحَرْ ex معْطَفْ deminutivum عَطَيْفْ, ea ipsa litera م, vel potius ea ipsa voce لـ, ad quam nunnationem retulimus, resecta⁴⁾). Linguis Semiticis in hac voce addenda rationem quandam habuisse euphonie, inde etiam videre licet, quod iis impressis præpositionibus addita est quæ, exiguo quodammodo corpore erant (בְּמַרְ, בְּמַרְ, כְּמַרְ, בְּמַרְ).

Formam ۵) أَنْعَلْ cui nomen Elativi Ewaldus impo-

⁴⁾ In vocativo voces interdum eodem modo mutilantur: ex مَرْوَانْ vocat. يَا مَرْوَانْ

⁵⁾ Quomodo hujus formæ significationes inter se cohærent, exposuit Dietrichius, Abhandl. zur Hebr. Gram. p. 149 sqq.

suit⁶), propter significationem, non propter figuram nunnatione carere, inde concludi posse videtur, quod formæ femininæ ei respondentes, فعلى et فعلا hac etiam vacuæ sunt. Sed ipsa causa valde obscura est. Si conjecturæ locus detur, suspicor illud ʃ, quod radici præmissum est, demonstrativam quandam vim habuisse, sicut illud ʃ, quod in statu emphatico Syrorum invenitur. Si complures res inter se comparantur, et, quæ ceteris præstet, significandum est, Semitæ hoc ita faciunt (si genitivi additione non utuntur) ut adjectivo articulum præmittant.

Arabes autem eandem rem sola forma ئىنلى sine articulo indicare possunt, ex. gr. كبرٌ لله deus est maximus. Videtur igitur nomen bujus formæ idem valere, quod in ceteris dialectis vox articulo ornata. Si hæc vera sunt, appareat causa, cur illa forma in ceteris dialectis Semiticis tam exigua reliquerit vestigia, quippe quam ipsa lingua Arabica fixerit. Nec vero, si formas femininas respicimus, illæ huic explicationi repugnant. Quas Ewaldus ita enodat⁷): 'Indem das *a*, womit der Stamm solcher Wörter beginnt, bei der Femininbildung sich wie in einem krampfhaften Zusammziehen des Wortes zu dem *a* der alten Femininendung -at hinbewegt und mit diesen zu ä verschmilzt, wird das *t* dazwischen erdrückt und es entsteht eine neue Femininendung, welche von vorn an kein mögliches *t* in sich schließt und daher auch ganz anders geschrieben wird'. Hæc tamen omnia dubia sunt, illud vero certissimum, nunnationem ex significatione vocis, non ex figura pendere. Nam quum princi-

⁶) Ignorans fortasse hanc vocem jam a grammaticis ad longe aliam rem significandam occupatam esse. V. grammaticas Fennicas, Lapponicas, cet.

⁷) Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl. V. p. 453,

palis notionis memoria abolevit, ita ut hæc voces ex adjectivis substantiva siant, nunnatio non desideratur (جَدْلٌ accipiter, الخَيْلُ picus). Formas femininas in ى et ئ desinentia, quæ sæpe non fem. formæ أَفْعُلُ sunt, potius confitear me non intelligere, quam putidis torqueam explicationibus.

Reliqua est forma قَعْلَانْ, quæ minus difficilem habet explicationem. Forma feminina huic respondens est فَعْلَى, pluralis نَعْلَى I. قَعْلَى; apparent igitur ى illud, quod masculinum terminet, non arctissime themati adhæsse. Hujus ى originem, ut jam diximus, in voce مـ latere suspicamur. Quamdiu igitur memoria aliqua, licet non explicata, hujus originis remansit, vel saltem, quandiu sentiebatur, illud ى radici quodammodo esse alienum, tamdiu, id quod nemo admiretur, non iterum مـ (= nunnatio) accessit. Quando autem ejus origo memoria exciderat, ita ut illud ى ipsius radicis pars videretur, nihil erat, cur nunnatio non adhæresceret. Docent igitur grammatici, eas voces formæ فَعْلَانْ, quæ genus femininum solita feminini generis terminatione ئ, literæ ى addita, conformient, eas nunnationem accipere. Quod nisi nostra explicatio vera est, admirabile sane videatur, ea autem accepta, facile intelligitur. Sic nunnationis adjectione apparent, illud ى quod ultima litera est vocis سَلْطَانْ jam thematis partem existimatum esse. Idem demonstrat forma pluralis سَلَطِينْ. Eadem est ratio vocis fem. عَرِيلَانْ plur. عَرِيلَونْ.

Nomina propria, si nostra ratio vera est, numquam nunnationem habere debebant. Magnam etiam partem ejus expertia sunt. Sed tam late patet usus nunnationis,

ut facile ignosci posse videatur, si etiam in nomina propria interdum vitio irrepserit. Quin etiam hæc nomina nostram sententiam confirmant. Quæritur, ubi facillime nunnatio in ea irreperere potuerit. Necesse erit respondere: in eas voces, quæ sensu, quem vocant, appellativo frequenter ea utuntur. Quod ita re vera est. Nam in iis nominibus, quæ ex alienis linguis translata sunt et in iis, quæ majorem verbalium quam nominalium formarum similitudinem præ se ferunt, desiderari solet nunnatio. Sed etiam hic nonnunquam àurum judicio obtemperatum esse videtur, postulantum ne nimis breve esset nomen. Nulla enim alia causa investigari potest, cur monosyllaba imprimis nunnationem accipient.

Quamquam enim dicitur مُؤْنَدْ, in monosyllabis dicitur مُوطْ, نُوحْ, هِنْدْ. Ut statum constructum fidelissimum antiquitatis custodem esse vidimus, ita ante vocem بِنْ (بن), quæ sèpissime nomina propria subsequitur, etiam ea nunnatione carent, quæ aliter eam habere consueverunt.

Formas numeralium distributivorum (أَحَادِيدْ, مُوَحَّدْ, تَكَالِيفْ, مُتَنَاهِيْ, تَكَالِيفْ, مُتَنَاهِيْ) equidem non magis quam Ewaldus explicare conabor. Nescio an casui cuidam tribuendum sit, quod nunnatio hic abest. Eo illud spectare videtur, quod quum semper deminutiva eas voces in nunnatione adjicienda et respuenda sequi soleant, ex quibus facta sunt, harum vocum deminutiva nunnationem accipiunt, quum ipsæ voces desiderent.

Jani vero id nunnationis genus, quod grammatici Arabumi تَنْوِينُ الْمُنْكَبِرْ ("nunnatio non determinati") appell-

lant, mire cum nostra ratione convenit. Quod ita comparatum esse diximus, ut iis vocibus, quæ vulgo nunnationem non acciperent, tunc adhæresceret, quum indicandum esset, eas esse sensu vago sine ulla restrictione capiendas'. Si **أَمْسِنْ مَا** diem hesternum significat, **أَمْسِنْ** quemvis dierum præteriorum significare debet. Si **أَبْرَهِيمْ** est certa quædam persona, **أَبْرَهِيمْ** ist aliquis, cui illud nomen impositum est; **أَبْرَهِيمْ** est nomen proprium, **أَبْرَهِيمْ** nomen appellativum.

Quamquam nostra de origine et significatu nunnationis sententia jam satis gravibus argumentis confirmata videtur, aliud etiam, magis a syntaxi quam cetera repetitum, addere possumus. In vocando et appellando duobus modis Arabes rem enuntiare possunt. Aut personam invocatam in accusativo ponunt, nunnatione affixa, aut in nominativo, ea abjecta. Illud fit, si persona invocata ^{ab} præsens est aut non determinatur: **يَا جَلَّ** o vir, quicunque es! Hoc autem fit, quum persona ^{invocata} præsens adest oculis vel menti vocantis: **يَا جَلْ** o tu vir, (qui ades)! Si casuum discriminis — quod hoc non pertinet⁸⁾ — nullam rationem habentes, nunnationem tantummodo respicimus, eadem ejus vis elucet, quam supra vidimus, rem vel personam non definitam significandi.

Illud igitur nostra disputatione effectum credimus, nunnationem non eum, quem voluerunt, euphonicum sonum esse. Nam et ab usu nunnationis proficiscentes,

⁸⁾ Non dissimilis est linguae Latinæ consuetudo. *Testes egregii!* magis appellantis est, *t. egregios!* magis commemorantis.

9674

vidimus eum ad eandem significationem indefinitam, quam habeat **لـ**, spectare, et formam pluralem explicantes, reperimus nunnationem ad sonum **m** referendam esse. In ipsa disputationis clausula duas voces commemorare licet, quae aperte hoc demonstrent: **فـم** et **لـبـنـم**. Ut illa in statu constructo habet figuram **فـو**, ita haec idem prorsus est atque **لـبـنـ** et dupliciter declinatur: nom. **لـبـنـم** gen. **لـبـنـمـا** acc. **لـبـنـمـا**⁹⁾). Nonne in promptu est suspicari, illud **m** vestigiam esse prioris nunnationis figuræ? Nunnationem iteram accessisse, non magis est quod miremur, quam plur. **קـשـתـהـ**, **הـנـיתـהـ** duplice femininum **הـ** habere. Cfr etiam ea, quæ de سلطان cet. modo dicta sunt. Ut præpositiones **بـ**, **بـ**, **لـ** suffixum **مـ** propter exiguitatem acceperunt, ita substantiva **فـو**, **لـبـنـ** ob eandem causam idem suffixum.

⁹⁾ De Saey, Gram. Ar. I p. 598.

D. d. 752

ULB Halle
000 872 13X

3/1



